



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta
Complectens Primam Secundæ, & Secundam Secundæ Summæ
Theologiæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

2 Vtrum lex humana debeat semper mutari, quando aliquid melius
occurrit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72759](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72759)

honores, & ad paucorum bonorū redit arbitrium.

Q93. ar. 3.

AD PRIMVM ergo dicendum, qd naturalis lex est participatio quedā legis aeternae, vt sup. dictum est: & ideo immobilis perseverat, quod hēt ex immobilitate & perfectione diuinā rōnis instituentis naturam: sed rō humana mutabilis est & imperfecta, & ideo eius lex mutabilis est. Et p̄terea lex naturalis continet quādā vniuersala p̄cepta, quae semp̄ manent: lex vero posita ab hoīe cōtinet p̄cepta quēdam particularia s̄m diuersos casus qui emergunt.

AD SECVNDVM dicendum, qd mensura debet esse permanens quantum est possibile: sed in rebus mutabilibus non potest esse aliquid omnino immutabiliter permanens: & ideo lex humana non potest esse omnino immutabilis.

In cor. ar.

AD TERTIVM dicendū, qd rectum in rebus corporalibus dicitur absolute, & ideo semper quantum est de se, manet rectū: sed rectitudo legis dicitur in ordine ad utilitatem communem, cui non semper proportionatur vna eademq; res, sicut supra dictū est: & ideo talis rectitudo mutatur.

ARTICVLVS II.

Utrum lex humana semper sit mutanda, quando occurrit aliquid melius.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur qd semper lex humana, quando aliquid melius occurrit, sit mutanda. Leges enim humanae sunt adiuventae per rationem humanam, sicut etiam aliae artes: sed in alijs artibus mutatur id quod prius tenebatur, si aliquid melius occurrat. ergo idem est etiam faciendum in legibus humanis.

¶ 2 Præ. Ex his quae preterita sunt, providere possumus de futuris: sed nisi leges humanae mutatae fuissent superuenientibus melioribus adiunctionibus, multa inconuenientia sequerentur, eo qd leges antiquae inueniuntur multas raditates continere. ergo videtur qd leges sint mutandae, quotiescunq; aliquid melius occurrit statuendum.

¶ 3 Præ. Leges humanae circa actus singulares hominum statuuntur: in singularibus autem perfecta cognitionem adipisci non possumus, nisi per experientiam, quae tempore indiget, ut dicitur in 2. Eth. * ergo videtur quod per successionem temporis possit aliquid melius occurrere statuendum.

In princ. li. 10. 3.

SED CONTRA est, quod dicitur in Decretis distin. 12. * Ridiculum est, & satis abominabile dedecus, vt traditiones, quas antiquitus a patribus suscepimus, infringi patiamur.

Cap. Rediculum est.

Art. præ.

RESPON. Dicendum, qd sicut dictum est, * lex humana intantum recte mutatur, in quantum p̄ eius mutationem communi utilitati prouidetur. Habet autem ipsa legis mutatio quantum in se est, detrimentum quoddam communis salutis, quia ad obseruantiam legum plurimum valet consuetudo, in tantum qd ea quae contra communem consuetudinem fiunt, etiam si sint leuiora de se, grauiora v̄n̄. vnde quando mutatur lex, diminiuitur vis constructiua legis, in quantum tollitur consuetudo: & ideo non quam debet mutari lex humana, nisi ex aliqua parte tantum recompensetur communi salutis, quantum ex ista parte derogatur. Quod quidem cōtingit vel ex hoc, qd aliqua maxima & euidentissima utilitas ex nouo statuto prouenit: vel ex eo quod est maxima necessitas, ex eo qd lex consueta aut manifestam

F iniquitatem continet, aut eius obseruatio est innummum nocua, vnde dicitur a Iurisperito, qd nouis cōstituendis, euidentis debet esse utilitas. Et recedatur ab eo iure, quod diu quū inuenerit.

AD PRIMVM ergo dicendū, qd ea quae sunt in se habent efficaciam ex sola ratione. & ideo ubi melioratio occurrit, est mutandum quod tenebatur: sed leges habent maximam virtutem consuetudine, ut Philoso. dicit in 2. Polit. * & non sunt de facili mutandae.

AD SECVNDVM dicendum, quod ratio illa, quae cludit, qd leges sunt mutandae, non tñ propter meliorationem, sed pro magna utilitate, vel necessitate, vt dictum est. * & similiter dicendū ad tertium.

ARTICVLVS III. Utrum consuetudo possit obtinere vim legis.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur qd consuetudo non possit obtinere vim legis, nec legem amouere. Lex enim humana deriuatur a lege natura & a lege diuina, ut ex supradictis patet: sed consuetudo hominum non potest mutare legem naturā, nec legem diuinā. ergo etiam nec legem humanā immutare potest.

¶ 2 Præ. Ex multis malis non potest fieri vnum bonum: sed ille qui incipit primo contra legem agere, male facit, ergo multiplicatis similibus actibus non efficietur aliquid bonum: lex autem est quoddā bonum, cū sit regula humanorum actuum. ergo per consuetudinem nō potest remoueri vt ipsa consuetudo vim legis obtineat.

¶ 3 Præ. Ferre leges pertinet ad publicas personas, ad quas pertinet regere communitatem: vnde vniuersa persona legem facere non possunt: sed consuetudo inualefcit per actus priuatarum personarum: ergo consuetudo non potest obtinere vim legis per quam lex remoueat.

SED CONTRA est, quod Aug. dicit in libro ad Catulanum: * Mos populi Dei, & instituta eius sunt tenenda: & sicut prauitatem legum diuinarum, ita & contemptores consuetudinum ecclesiasticarum coercendi sunt.

RESPON. Dicendum, qd omnis lex proficit a ratione, & voluntate legislatoris. Lex quidem humana a voluntate Dei voluntate autem humana a voluntate hominis ratione lata. Sicut autem ratio & voluntas hominis mutantur verbo in rebus agendis, ita etiam mutatur factio: hoc enim vnusquisque eligit vnde est bonum, quod opere implet. Manifestum est qd verbo humano potest & mutari lex, & etiam poni, in quantum manifestat interiorem motum conceptum rationis humanae: vnde etiam dicitur qd eius maxime multiplicatos, qui consuetudinem faciunt, mutari potest lex, & exponi, & etiam mutari, quod legis uirtutem obtineat, in quantum per exteriores actus multiplicatos interuenit motus, & rationis conceptus efficaciter claratur. Cum enim aliquid multoties fit, vnde deliberato rōnis iudicio prouenire, & scilicet

...mum nocua, vnde dicitur a Iurisperito, qd nouis cōstituendis, euidentis debet esse utilitas. Et recedatur ab eo iure, quod diu quū inuenerit. AD PRIMVM ergo dicendū, qd ea quae sunt in se habent efficaciam ex sola ratione. & ideo ubi melioratio occurrit, est mutandum quod tenebatur: sed leges habent maximam virtutem consuetudine, ut Philoso. dicit in 2. Polit. * & non sunt de facili mutandae. AD SECVNDVM dicendum, quod ratio illa, quae cludit, qd leges sunt mutandae, non tñ propter meliorationem, sed pro magna utilitate, vel necessitate, vt dictum est. * & similiter dicendū ad tertium. ARTICVLVS III. Utrum consuetudo possit obtinere vim legis. AD TERTIVM sic proceditur. Videtur qd consuetudo non possit obtinere vim legis, nec legem amouere. Lex enim humana deriuatur a lege natura & a lege diuina, ut ex supradictis patet: sed consuetudo hominum non potest mutare legem naturā, nec legem diuinā. ergo etiam nec legem humanā immutare potest. ¶ 2 Præ. Ex multis malis non potest fieri vnum bonum: sed ille qui incipit primo contra legem agere, male facit, ergo multiplicatis similibus actibus non efficietur aliquid bonum: lex autem est quoddā bonum, cū sit regula humanorum actuum. ergo per consuetudinem nō potest remoueri vt ipsa consuetudo vim legis obtineat. ¶ 3 Præ. Ferre leges pertinet ad publicas personas, ad quas pertinet regere communitatem: vnde vniuersa persona legem facere non possunt: sed consuetudo inualefcit per actus priuatarum personarum: ergo consuetudo non potest obtinere vim legis per quam lex remoueat. SED CONTRA est, quod Aug. dicit in libro ad Catulanum: * Mos populi Dei, & instituta eius sunt tenenda: & sicut prauitatem legum diuinarum, ita & contemptores consuetudinum ecclesiasticarum coercendi sunt. RESPON. Dicendum, qd omnis lex proficit a ratione, & voluntate legislatoris. Lex quidem humana a voluntate Dei voluntate autem humana a voluntate hominis ratione lata. Sicut autem ratio & voluntas hominis mutantur verbo in rebus agendis, ita etiam mutatur factio: hoc enim vnusquisque eligit vnde est bonum, quod opere implet. Manifestum est qd verbo humano potest & mutari lex, & etiam poni, in quantum manifestat interiorem motum conceptum rationis humanae: vnde etiam dicitur qd eius maxime multiplicatos, qui consuetudinem faciunt, mutari potest lex, & exponi, & etiam mutari, quod legis uirtutem obtineat, in quantum per exteriores actus multiplicatos interuenit motus, & rationis conceptus efficaciter claratur. Cum enim aliquid multoties fit, vnde deliberato rōnis iudicio prouenire, & scilicet